ridículo, el querer entrar en más hondas consideraciones, cuando hombres de más esclarecido entendimiento y más ilustración de la que poseemos pueden, con mejor fortuna, entrar en su examen, y cuando nuestro trabajo no tiene más valor que el de haber caído en nuestras manos tan importante documento. De todo lo expuesto anteriormente se deduce:

Primero: D. Fernando Colón trató de hacer la Geografía de la Península y de los pueblos que estudiaba. Estos trabajos comenzaron en Zaragoza el 3 de Agosto de 1517.

Segundo: Que D. Fernando Colón debió confiar á personas extrañas estos estudios cuando á él le fuese imposible seguirlos por tener que acompañar al Emperador ú ocuparse de otros negocios que le confiara.

Tercero: Que estos trabajos fueron suspendidos por la Real provisión de 1523 que mandó recogerle las cartas, órdenes expedidas con tal motivo y los trabajos realizados.

Madrid, 10 de Junio de 1898.

DR. RODOLFO DEL CASTILLO,
C. de la Real de Medicina.

VIII.

FUEROS Y CARTAS-PUEBLAS DE SANTOÑA, ALESÓN, TORRECILLA DE CAMEROS, SAN ANDRÉS DE AMBROSERO, ORIEMO, ETC.

Los textos que ofrezco á la consideración de la Real Academia están sacados del *Cartulario de Santa María de Nájera*, existente en el Archivo histórico nacional, que consta de cinco volúmenes en folio y fué descrito en el tomo XXVI del BOLETÍN, pág. 230.

Santoña.

Sus fueros, tomados de una confirmación de Felipe II, están sumamente viciados por González en la *Colección de privilegios*

del archivo de Simancas, pág. 33; de quien los tomaron Muñoz y Romero (*Fueros*, pág. 189) y Fernández-Guerra (*Libro de Santoña*, pág. 97). D. Francisco Gracián hizo de ellos dos medianas traducciones, poniéndoles distinta fecha. Según la *Colección de fueros*, pág. 222, de esa Real Academia hay en su archivo una copia en pergamino, pero son los mismos, defectuosos, que publicó González.

La adición á estos fueros del *emperador* Alfonso VII lleva la fecha del año 1122; mas creo esté recortada la Era MCLX[XV] y por consiguiente mal explicada en la copia del Cartulario. Los nombres de los confirmantes se hallan en escrituras de los años 1135, 1136 y 1137, como puede verse en la confirmación que se dió en 1136 á los fueros de Alesón.

El pontificado de D. Raimundo, arzobispo de Toledo, debió seguramente principiar después del año 1122; y mucho después el de D. Simón II, obispo de Burgos, que todos se empeñan en llamarle Gomencio; pues su antecesor D. Pascual II firma con otros prelados una donación hecha al monasterio de San Martín en 1126. Véase Orcajo, *Historia de la Catedral de Burgos*, página 143.

Alesón.

De esta villa, situada á una legua de Nájera, se hace mención en un privilegio dado á San Millán en 997 por el Rey Sancho Abarca para que regasen las viñas de Nájera (1). En 16 de Diciembre de 1073 dió á Santa María de Nájera el rey D. Sancho, el de Peñalén, el monasterio, es decir, la iglesia de San Miguel de Alesón; y en Abril de 1116 confirmó el Rey de Castilla D. Alfonso VII la donación de esta villa hecha por Fortún Beilaz al monasterio de Santa María de Nájera (2).

---

(1) Códice *F 44* de la Biblioteca nacional, fol. 147.
(2) *Cartulario de Nájera*, tomo I, páginas 73 y 115.

Torrecilla de Cameros.

Según Moret (*Anales de Navarra*, lib. 12, cap. IV, núm. 44), Doña Iñiga, en el año 1029, adoptó á los reyes de Navarra Don Sancho y Doña Nuña, donándoles lo que poseía en Torrecilla y en los baños de aquel territorio (Riva los Baños).

El infante D. Ramiro, que murió en la traición de Rueda, dió á Santa María de Nájera el 27 de Mayo de 1063 las villas de Torrecilla, Viloria, Leza y Trevijano, «quas habes de Abolorum parentumque meorum». El mismo confirma esta donación en 18 de Abril de 1081, añadiendo Oriemo, las iglesias de Santa María de Beraza y Santa Cruz, con la villa de Treguajantes. En 4 de Diciembre de 1152, el emperador D. Alfonso VII dona á los monjes de Nájera la mitad de una mina que estos habían hallado en el término de Torrecilla (1).

San Andrés de Ambrosero.

La *Colección de Fueros* de la Academia de la Historia dice que el original de esta carta se conserva en su archivo, y creo es la base de todas las cartas-pueblas dadas por los abades de Santa María del Puerto, entre otras las adjuntas de Palacios, Sésnega y el Solar de la Pieza.

Oriemo.

He dicho que el infante D. Ramiro dió á Santa María de Nájera (18 Abril 1081) las villas de Torrecilla, Leza, Oriemo, Rivafrecha, etc. Según la sentencia dada contra el monasterio de Santa María de Nájera en el Concilio de Lérida (1193), le quitaron, entre otros pueblos, Viloria y Oriemo (2). Ambos lugares, que debieron estar próximos entre Leza y Rivafrecha, han desaparecido. De Viloria sólo ha quedado el nombre de un monte.

---

(1) Idem, páginas 67, 99 y 174.

(2) BOLETÍN, tomo XXVI, pág. 359.

Por instrumento público (23 Enero 1323) los nuevos vecinos de Oriemo se hicieron vasallos del monasterio de Santa María (1).

Santoña.

25 Marzo 1042. Su fuero antiguo dado por el rey de Navarra D. García Sánchez.—*Cartulario*, I, 38.

In tempore illo cum regnaret Garsie Regis in Pampilona atque in Castella, fratreque ejus Fredinandus Rex in Leone, vel Galletia; Erat Ecclesia hec Sancte Marie quod vocitare Portu deserta absque abbate vel abitatore. Advenit itaque inspirante Christo, causa orationis, et ex Orientis partibus quidam presbiter, vel peregrinus nomine Paternus. Qui etiam ipse Paternus presbiter placuit ad ipsius Ecclesie aulam avitare: atque cepit manibus in ipso loco laborare, vel hortos colere, domos fundare, vineas vel pomiferos ponere, seu homines atque fratres ex diversis regionibus Domini timentibus colligere, et secum cum Dei charitate et eius jubamine fecit abitare. Et de die in diem crevit et eius bonos in melius. Igitur vero etiam non post longo tempore pater monasterii a cunctis nobilioribus seu senioribus terre et elevatus est, ibique cum suis fratribus commorantem cepit rebus vel ipsius monasterii causas inquirere, sicut fuerunt in antiquis temporibus, vel in tempore Antonii Episcopi, ut eas cum justitia ad illud reverteret. Hoc autem a cunctis inquirente, inierunt concilium ipsi homines iniqui de regione illa, ut eum cum suis fratribus hoc ipso monasterio ejicerent, et ipsi in eodem loco sucederent. Ipse autem Abba audito hoc consilio perrexit ad regem cum suis fratribus, et tradidit ipse monasterio in manibus ipsius regis. Ex inde vero ipse rex confirmavit illum atque constituit in suo ordine, ut esset pater illius monasterii; et nullus agnosceret pro dominum nisi tantum se, et jussit ut cunctas possesiones atque rex ibi adpertinentes exquireret et apud ipso monasterio faceret. Et super hoc statuit decretum. Nec nullus homo vivens ingredietur de petra Ris adelante cum vacas, neque cum porcos, ad pascen-

(1) *Cartulario*, tomo II, pág. 139.

dum neque ad pignorandum. Si quis vero fecerit, et intrare presumpserit sine jussione Abbatis et discruptor fuerit hoc testamentum, occidatur, et mors ejus nullus homo inquirat. Homicida vero, vel advena, pupillus atque pauper, qui ad ipsa Ecclesia Sancte Marie confugerit, de ipsa petra Ris nullus homo audeat post eum ire ad prehendendum, seu ad abstraendum sine precepti Abbatis; si ipse Abbas acceptis fideiussoribus in concilio, et secundum legibus judicetur. Qui autem hoc fecerit cum violentia intra ipsos terminos, occidatur. Et in ipsa defesa de Bo nullus homo sit ausus intrare ad pascendum, si non pro jussione de illo Abbate de Portum. Hoc testamentum vel pactum scripture dedit ipse Rex Garsianus ad illo Abbate Paterno quando tradit ipso monasterio sub manu regis jure perpetuo in Era MLXXX, notum die V feria VIII kl. aprilis. Et roborabit eum ipse rex manu sua ✠ ante presentia episcopi Santioni, coram istorum testium fratrum de Sancta Maria de Portu.—Feles presbiter ts.—Johannes presbiter ts.—Petrus presbiter ts.—Michael confesor ts.—Gunsalvus presbiter ts.—Munio presbiter ts.—Mames presbiter ts.—Hec testes sumus et de manibus nostris ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ roboravimus.

—Comite Monio Munioz ✠ feci et confirmavi.—Senior Lope bella koz ✠ feci et confirmavi.—Senior Galindo bella koz ✠ feci et confirmavi.—Senior Sancio Loppez quod ✠ feci et confirmavi.—Didaco Alvarez ✠ feci et confirmavi.—Gonzalvo Gideriz ✠ feci et confirmavi.—Sonna presbiter.

Et super hoc quisquis homo in ipso Monasterio inter jam supra nominatos terminos cum superbia vel cum forzia ingredere voluerit, et ipse abbas minime valuerit ipsa Ecclesie deffendere vel vindicare potestas terre comites ac Principes vel merinos aut judices, et tirannos vel sajones aut Montaneros qui hoc fecerint fiant excomunicati, vel extraneati a corporis et sanguinis domini, et habeant iran Sancte Marie ejusdem domini nostri jesu Xpi, et de suis apostolis, et prophetis, atque de omnium sanctorum, Martirum, Virginum et confesorum, et *careant* a fronte *lucerna oculorum duorum*: et sit pars illorum cum juda traditore habe[nda] filii maledictionis in eterna dapnationis in seculis perpetuis Amen. Amen. Amen. Et insuper pariat domno monasterii vocem pulsanti C.m libras auri.

Año 1137?—Amplia confirmación y declaración de los mismos fueros por el emperador D. Alfonso VII.—*Cartulario* I, 111.

In Dei nomine, Amen. Ego Adefonsus Ispanie Imperator, et regnante in Toleto, et in Legione et in Galletia, et in tota urbis Castella, vobis Abbati Dompno Martino vestrisque succesoribus in perpetuum promovendis facio cartam pro remedio anime mee ut de hodie in tempore non intret sagio Regis nec aliquius alterius potestatis in tota hereditate et honore de Sancta Maria de Portu ubicumque fuerit, neque pro calumpnia neque pro aliqua alia fasendaria, sed sit cotata et honorificata evvo perenni. Et de Pumar *delante* cum toto coto caurero usque in toto Brusco: et de Groma cum illo mare usque ad peña Verana. Et super hoc statuit decretum ut nullus homo vivens ingrediatur de Pumar *delante*, et sicut superios ipsos terminos resonant nullus homo sit ausus intrare neque cum bacas neque cum porcos neque ad pascendum neque ad pignorandum. Si quis vero fecerit et intrare permisserit sine jussione Abbatis et disruptor fuerit hoc testamentum, occidadur, et mors ejus nullus homo inquiratur. Homicida vero et advena pupillus atque pauper qui ad ipsam Eclesiam Sancte Marie confugerit de ipso Pumar *delante* sicut superios ipsos suos terminos resonant, nullus homo audeat post eum ire ad prehendendum seu ad abstrahendum sine preceptum Abbatis: set ipse Abbas acceptis fidejussoribus paretur in concilium, secundum legibus judicetur. Qui autem hoc fecerit vel cum violentia intraret intra ipsos terminos occidatur. Hoc testamentum vel pactum dedit scripture, fecit Imperator ad illo Abbate Domino Martino et a suis fratribus jure perpetuo. ⁜.

Ego jam supradicti Imperatore qui ipsam scripture feci sic dono pro remedio anime mee vel parentum meorum ad ipsam Ecclesiam Sancte Marie de Portu et a vobis Abbate Martino et a vestris successoribus. Ipsas meas Ecclesias heremas que sunt in Alfoz de Pensa vel in Alfoz de Aras id est: Sancta Eulalia de Asprilla cum sua serna vel cum suas deffesas, et cum totos suos terminos regalengos. Et in Arnorio Sanctorum Cosme et Damiane. Et in Muxante Sancta Eulalia, Sancti Petri de Nolia, Sancta Eulalia de Lamas. Et in Aragonios Sanctorum Justi et Pastor,

Sancti Salvatoris de Larvario, Sancti Andree de Ambrosero, Sancti Petri de Selorseno; et in Aras Sancti Pantaleonis, Sancta Eulalia, Sancti Michaelis de della parte, Sancta María de Carasa, Sancti Stephani de Padiernega; et in Alfoz de Rasines Sancti Mametis de Ziruiago cum suas deffesas et cum totos terminos regalengos. Et ipsas totas Ecclesias dono vel concedo Ego Imperator ad Sancte Marie et ad ipsos fratres qui ibi fuerint commorantes, et ad tibi Abbate Martino, ipsas Ecclesias cum totas suas hereditates qui ad ipsas Ecclesias pertinent habeatis et possideatis vos et qui fuerint post vos per in secula. In era millessima centessima sexagessima (1). Et insuper hoc quisquis homo in ipso Monasterio intra jam supranominatos terminos cum superbia vel cum fortia ingredere voluerit et ipso Abbate minime valuerit ipsas Ecclesias deffendere vel vindicare non poterit. Potestas terre comites ac principes vel merinos aut judices aut tirannos aut montaneros qui hoc fecerint fiant excommunicati et extraneati et a corporis et sanguinis Domini: et habeant iram de Sancta Mariam matris ejusdem Domini nostri Jesu-Christi Amen, Amen, Amen: et insuper pariet Domino Monasterii vocem pulsanti centum libras auri.

Ego Adefonsus Imperator qui hanc cartam jussi fieri confirmavi, propria manu roboravi.

Hujus rei sunt testes et confirmatores: Comes Rodericus Gonzalvus obtinente Toleto et Asturias confirmavi.—Comes Rodericus Martinez con.—Comes Gonsalvus con.—Gutier Fernandez Mayordomo con.—Almaricus Alferiz con.—Lop Lopez con.—Michael Felices Merino con. –Didacus Murios Merino con.—Raimundus Toletanus Archiepiscopus con.—Petrus Segobiensis Eps. con.—Berengarius Salmantinus Eps. con.—Semenus Burgensis Eps. con.—Abbas Martinus de Sancta Juliana con.—Abbas Romanus de Sancti Hemeterii con.—Giraldus scripsit hanc cartam iussu Magistri Ugonis Cancellarius Imperatoris.

---

(1) Para la corrección lo más sencillo es el suplemento MCLX[XV].

Alesón.

Año 1123. Fuero que recibieron sus pobladores por mandato del rey D. Alfonso I de Aragón.—*Cartulario*, I, 126.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Hæc est carta, quam facio ego Bernaldus Sacrista de Sancta Maria ad vos, Populatores de Aleson, de illo foro que vos dono pro mandado de Rege Ildefonso, qui dedit Aleson ad me, et ad Altare de S. Maria, et cum consilio de Donno Petro Priore, et de cunctis Senioribus de S.ª Maria. Ego Bernaldus dico vobis quo modo estis in illa Villa de Aleson, que ad nullum seniorem serviatis vos, nec illi qui post vos venturi sunt nisi ad me, et ad Sacristam qui post me successurus est. Foro do vobis sicut michi placuit et ad vos; unaquaque casa de Aleson almude de trigo et almude de ordeo et duos caravidos de vino, et sex denarios de Nativitate ad Nativitatem.

Si aliquis homo fuerit, qui isto foro voluerit disrumpere sit maledictus et excomunicatus, et anathematizatus. Facta carta Era M.C.LX.I Luna XXIIII. Regnante Rege Ildefonso in Aragona, et in Castella. Fortum Garceiz Caissar in Naiara.

Episcopus Sancius testis.—Didaco Lopiz ts.—Ennegot en Tobia ts.—Fortum Lopez de Castro Veillo.—Petro Momez in Maranon.—De Naiara Sancio Nuno.—Domingo de Grannon.—E D.ⁿ Bonet, é D.ⁿ Adal, et Bernardus Durandus.—Discurrente judicio Michael Alcalde.—Domingo Ioannes de Maiarres.—De Orcanos Domingo Mudarra.—De Tricio Petrus Durannus.—Fortun Fortunez.—Isti sunt testes.

Año 1135. Confirmación del mismo fuero hecha por el emperador Alfonso VII.—*Cartulario*, I, 144.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Aldephonsus Dei gratia Hispaniarum Imperator, rememorans districtum juditium Salvatoris, facio hanc cartam donationis et confirmationis. Dono Deo et Beatæ Mariæ de Najara, et placuit mihi

libenti animo, bona mente et spontanea voluntate propter remedium animæ meæ donationem illam, quam fecit imperator Aldephonsus Deo et Beatæ Mariæ de Najara proprie ad illuminationem altaris, de illa villa quæ dicitur Aleson, illam bonam donationem laudo et confirmo et concedo Deo, et ad illuminationem altaris, et tibi Joanni Sacristæ, ut habeas, et possideas tu, et illi sacristani qui post te venturi sunt, totam ab integro, cum omnibus suis terminis, et cum omnibus suis pertinentiis, et cum totis suis directitiis, qui ad ipsam villam pertinent, vel pertinere debent. Et nullus majorinus regis, vel sajon, vel quilibet homo sit ausus ibi aliquid demandare, vel introire; et non pectent homicidium, vel fonsadera nec aliquam rem, nisi sacristano qui eam tenuerit; sed sit libera et ingenua et quieta, et sine omni regali pecto, et sine malo foro, domino Deo et altari beatæ Mariæ prædictæ in perpetuum; et sit semper in potestate de illo sacristano qui servierit prænominato altari. Hæc autem mea confirmatio et concessio, quam ego imperator Aldefonsus facio tibi Joanni sacristano et omnibus post te venientibus ad altaris gloriossisimæ Mariæ illuminationem, sit firma et illibata et quieta per sæculorum sæcula, amen. Si quis autem de mea gente, vel de aliena hoc meum factum bene et firmiter confirmatum infringere vel minuere tentaverit, sit maledictum et excomunicatus, et cum Juda traditore in inferno damnatus. Insuper duplet vobis hereditatem, et regiæ parti mille moravetinos.

Facta carta Era M.C.LXX.III, Aldefonso imperatore imperante in Toleto, in Legione, in Cæsaraugusta, in Najara, Castella, et Galicia.

Ego Aldefonsus imperator hanc cartam fieri jussi, et factam propria manu roboravi, postquam fui coronatus in Legione.

Garsias Rex Pampilonensis confirmat.—Comes Roiç Pedrez confirmat.—Comes Lope Diaz con.—Guter Fernandez mayordomus con.—Almarie Alferiz con.—Semeno Enneguez con.—Sancius Naiarensis Eps. con.—Semenus Burgensis Eps. con.—Garsias Cæsaraugustanus Eps. con.—Michael Tirasionensis Eps. con. —Petrus Palentinus Eps. con.—Bertrandus Oxomensis Eps. con. —Michael Felix merinus con.—Magister Petrus Capellanus con. —Garsias Fortunionis de Daroca testis.—Michael Alcaldius de

Najara ts.—Garsias Pedrez ts.—Stephanus Sarioth ts.—Joannes Antoninus ts.—Robertus de la Barba ts.

Giraldus scripsit hanc cartam iussu magistri Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

El emperador se coronó en la catedral de León el día 26 de Mayo, fiesta de Pentecostés, del año 1135; y con esta oportunidad haría poco después la confirmación presente.

Octava de Pentecostés, 22 Mayo 1239.—Reforma del fuero por lo tocante á la contribución pechera de Marzo, concretándola á precio fijo sin atender al número de vecinos.—Cartulario I, 317.

In Dei nomine. Bonum et utile est scriptum, quod oblivionis redimit detrimentum. Ea propter, notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego frâter Nicholaus Prior totiusque Conventus Naiarensis, considerantes maximum Ecclesie nostre dispendium, in eo quod illa nostra villula Aleson ad luminaria Ecclesie nobis dedita, pro intolerabili *pecti Marciatici* gravamine, nimium agravata depopulatur, et multis ejusdem villule ad alienum dominium se transferentibus heremabatur; cum consilio assensu, et voluntate domni Martini Petriz Sacriste Naiarensis, certum numerum nostris ejusdem ville collaciis, tam presentibus quam futuris, decrevimus stabilire, qui nec possit diminui nec augeri. Statuimus itaque, quod de cetero sive sint plures, sive pauciores numquam nec plus, nec minus quam triginta marabetinos, vel eorum in denariis equipollentiam in pecto Marciatico persolvant. In aliis servitiis, que facere debent, antiqua consuetudo, et stabilitas observetur. Quicumque vero huic nostro facto contraire, et eos plus in hoc agravare tentaverit iram Dei ejusdemque Genitricis perpetue virginis Marie omniumque Sanctorum plenarie incurrat, et post suum obitum cum Chore, Datham et Abiron et cum Juda Domini proditore penis gehennalibus eternaliter crucietur. Conservatores vero, cum justis, eterna letitia delectentur. Ad maiorem itaque stabilitatem et memoriam presentem cartulam per Alphabetum inter nos ipsos compartimus.

Ego frater Guillelmus Prior Claustri hoc factum aprobo annuo et confirmo.—Ego frater Martinus Petriz Sacrista et unus de vicedominis aprobo annuo et confirmo.—Eximinus tènens vestua-

rium et unus de vicedominis.—Fr. Petrus Infirmarius.—Fr. Joannis Lupiz Coquine Procurator.—Fr. Ferrandus Socius Prioris Claustri.—Fr. Ferrandus Armarius.—Totus Conventus approbat, annuit et confirmat.

Hujus facti sunt testes de Clericis domnus Assensus Presbiter. —Domnus Petrus Christini Presbiter.—Domnus Joannis de Soria Diaconus.—De Laicis Alcaldus domnus Guillelmus.—Domnus Bartholomeus.—Domnus Andreas Joannis.—Domnus Giraldus Campsor.—Domnus Guillelmus de Zamora.—Domnus Dominicus de Aleson.—Domnus Joannes de Malagon.—Dominicus Blasco.—Dominicus Martini.—Petrus Petriz Merinus Sancte Marie. —Dominicus Portarius, et tota familia.

Facta carta. Era M.CC.LXX.VII mense Mayo mediato, in Octava Pentecostes. Regnante Rege domno Ferrando cum sua genitrice Regina domna Berengaria, et cum sua uxore Regina domna Joanna in Toleto, Burgis, Naiara, Calagurra, in Castella, Legione, Gallicia et in Corduba; Sub Rege dominante in Naiara domno Alfonso Lupiz de Faro; Sub ipso domno Roderico Lupiz de Mendoza suo germano. Alcayathe in Castello Martino Martiniz de Aranguiz. Merino Ordonio, et sub ipso Petro Martiniz suo sobrino. Discurrente juditio per supradictos donnum Joannem Pardi, et per donnum Guillelmum Alcaldes. Sagione Petro Felicis.

Domnus Petrus Christini supradictus testis exarabit.

Torrecilla de Cameros.

Palencia 22 Febrero 1197.—Privilegios forales que le concedió el rey D. Alfonso VIII.—*Cartulario*, I, 244.

Presentibus et futuris notum sit ac manifestum, quod Ego Aldefonsus, Rex Castelle et Toleti, quondam illicite accepi a Monasterio B. Marie de Naiara, quandam Villam, nomine Torrecillam, quam dedi Didaco Ximeniz, et uxori sue Dompne Guiomar. Processu vero temporis defuncto iam eodem Didaco Ximeniz, recognoscens in hoc erga Deum, eiusque Genitricem me graviter deliquisse, penitencia ductus proponens illud quod minus licite, ac presumptuose egeram, ad condignam emendationem, et

congruam satisfactionem deducere, emi a predicta Dompna Guiomar pro duobus millibus aureorum prenominatam Villam Torrecillam, et redidi eam supradicto B. Marie Monasterio Naiarensi et Dompno Semeno ejusdem instanti Priori totique Conventui presenti et futuro integre cum omnibus directuris, terminis et pertinentiis suis iure hereditario in perpetuum habendam, et irrevocabiliter possidendam. Siquidem prefatus Prior Naiarensis Ecclesie et Conventus ejusdem loci ex predictis duabus millibus aureorum, mille dederunt, et pro illis, et redditibus, et servitiis, que a prememorata Villa tanto tempore amiserunt, quanto ab eorum jure fuit alienata, et ab aliis detenta, et possesa. Idcirco Ego iam dictus Aldefonsus, Dei gracia Rex Castelle, et Toleti, una cum uxore mea Aleonor, et cum filio meo Ferrando, pro recompensatione predictorum mille aureorum, et redituum amissorum absolvo sepe dictam villam Torrecillam, totumque Concilium ejusdem Ville presens et futurum ab omni mamposta et mampostario, ab omni homicidio et calupnia, fonsado, fonsadera, pecto, posta, facendera et ab omni prorsus Regis tributo et gravamine in perpetuum. Et mando quod Merinus Regis vel Sagio non intret violenter in eam, nec aliquid ibi exigere, seu per violenciam inde occupare aliquomodo quicquam presumat. Omnes namque consuetudines, et jura Regalia in eadem ad Regem spectantia dono pretaxato Naiarensi Monasterio ac jure hereditario semper percipienda, et perenniter possidenda absque aliqua diminutione integre concedo: ita quod non liceat michi de cetero, vel alicui successorum meorum, seu posterorum in supra dicta Villa Torrecilla aliquid juris requirere, et hec mee donationis, concesionis, absolutionis, et stabilitatis pagina, rata et stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam infringere seu diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore infernalibus mancipetur penis, et insuper Regie parti centum libras auri purissimi persolvat et damnum quod ibi intulerit duplicatum restituat.

Facta Carta apud Palentiam Era M.CC.XXXV VIII kalendas Martii.

Et ego Rex dictus regnans in Castella et Toleto, hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo ✠.

Martinus Toletanus Ecclesie Archiepiscopus con.—Martinus Burgensis Eps. con.—Joannes Calagurritanus Eps. con.—Ardericus Palentinus Eps. con.—Martinus Oxomensis Eps. con.—Rodericus Seguntinus Eps. con.—Gundisalvus Secoviensis Eps. con.—Jacobus Abulensis Eps. con.—Joannes Conchensis Eps. con.—Comes Petrus con.—Comes Ferrandus con.—Gundisalvus Roderici con.—Ferrandus Roderici con.—Egidius Gomez con.—Guterius Ferrandi con.—Gonzalvus Nunez con.—Albarus Nunii con.—Guillelmus Gonzalvez con.—Gonzalvus Gomez con.—Alfonsus Telliz con.—Rodericus Petri Merinus Regis in Castella con.—Petrus Garsie de Loriz Maiordomus Curie Regis. con.—Didacus Lupi de Faro Alferiz Regis con.

Magister Mica Domini Regis Notarius, Didaco Garsie existente Cancelario, scripsit.

Carta-puebla de San Andrés de Ambrosero.

Sahagún, 9 de Marzo de 1136. Alfonso VII la otorgó en favor del abad de Santa María del Puerto (Santoña).—*Cartulario*, I, 146.

In nomine Domini. Ego Aldefonsus, Dei gratia Hispaniarum Imperator, una cum coniuge mea dompna Berengaria, pro Dei amore et pro redemptione anime mee et parentum meorum, precibus et ad amore Lupi fidelissimi vasalli mei, facio cartam donationis et confirmationis Ecclesie Sancte Marie de Portu, et tibi Abbati Sancio eiusdem loci, et omnibus clericis tam pressentibus quam futuris in supradicta Ecclesia, benigna devotione, Deo servientibus, et omnibus sucessoribus tuis, et dono eis et concedo in hereditatem ecclesiam S. Andree de Ambrusero, cum omnibus terminis suis, cum intratibus et exitibus suis, cum montibus et vallibus, cum terris et rivis, et fontibus, et cum omnibus pertinentiis suis quocumque loco fuerint dono et concedo Ecclesie S. Marie de Portu, et tibi iam dicto Abbati, et omnibus clericis tam presentibus quam futuris in eadem Ecclesia Deo servientibus, ut eas Ecclesias cum hereditatibus suis, ipsi, et sucessores eorum iure hereditario teneant, et possideant in sempiternum. Concedo etiam eis, et mando ut istas hereditates populent, et

omnes illi qui in illis hereditatibus populaverint, sive de creatione S. Marie de Portu, sive alii omnes fuerint sint salvi, et liberi de homicidio et de fonsadera et de omni pecta ad partem Regis, et tales foros habeant omnibus diebus, quales habent illi qui in S. Maria de Portu populati sunt. Has itaque Ecclesias, cum omnibus hereditatibus supradictis, quas acquisivit Abbas de Portu, cumque eas adquirere potuit, qui ante me fuerint, et quas hodie adquiri corroborat, pro redemptione anime mee et parentum (m)eorum precibus et amore Lupi Ecclesia S. Marie de Portu teneat, habeat, et possideat, iure hereditario in perpetuum. Si quis de mea gente vel de aliena hoc meum factum infringerit sit maledictus, et in inferno cum Iuda proditore damnatus; insuper pectet Imperatori mille marabetinos, et quod invaserit in duplum reddat.

Facta carta in S. Facundo VII Idus Martii Era M.C.LXX.IV. Adefonso Imperatore imperante in Toleto, in Legione, Saragoza, Navarra, Castella, et Gallicia, in anno quo primum coronatus fuit ✠.—Signum Imperatoris.—Ego Adefonsus Imperator hanc cartam quam iussi fieri confirmavi, et propria manu roboravi.

Huius rei sunt testes et confirmatores: Comes Rodericus Gonsalvez.—Comes Rodericus Martinez.—Comes Rodericus Gomez.—Comes Gonsalvus.—Raymundus Toletanus Archiepiscopus.—Petrus Secobiensis Eps.—Berengarius Salmaticensis Eps.—Semenus Burgensis Eps.—Gutier Fernandez Maiordomus.—Almarius Alferiz.—Lop Lopez.—Michael Feliz Merinus.—Diego Nuñez Merinus.

Giraldus scripsit hanc cartam iussu Magistri Hugonis Cancellarii Imperatoris.

Carta-puebla de Palacios.

Año 1205. Carta partida por A. B. C.—*Cartulario*, I, 256.

In Dei nomine. Ego Don Pelegrin cum omnibus clericis Sanctæ Mariæ de Portu: damus ipsa hereditate de Palacios ad populandum ad tibi Domingo Iohannes, cum sua ecclesia ex inde decima omni ista hereditate. Sic damus ego Don Pelegrin et omnibus

clericis ista hereditate quam dicitur de Palacios pro termino de Lodinas ab occarrero, et del rio a la cuesta, intra istos terminos damus tibi pro qua fecisti hæc ecclesia et fecisti pomiferos et arbores fructuosos, et hereditates quod erant antea heremo et colles. Unde istos terminos resonant habeas et teneas illud iure hereditario tu et filiis, et neptis tuis, et toti tuæ generationi in perpetuum. Forum ista hereditate cum sua ecclesia quod ego Don Pelegrin cum omnibus clericis tibi Domingo Iohannes damus, istud est; et erit semper. Quod si unus, vel duo, vel tres aut magis ibi fuerint populati, in unoquoque anno dent IV fogazas, et un porco semoial, vel un tocino semoial, aut una cera semoial, vel duos solidos quabis habuerit. Quod si ego Don Pelegrin aut aliquis ex successores meos, aut aliquis homo qui ista carta voluerit disrumpere, in primis habeat iram Dei et de omnibus Sanctis qui sunt de a solis ortu et ocasu, et fiat maledictus, et cum Iudas in inferno damnatus.

Facta carta sub Era M.CC.XXXX.III. Regnante Rex Alfonso in Toleto et in Castella.—Comite Don Fernando Sennior de Trasmiera.—Michael de Arnuero Merino.—Prior in Najera Don Girardo.—Sub eo Don Pelegrin existente Senior in Portu.—Maiordomo Don Michael Porseno.—Cabiscol Don Domingo.—Sacrista Don Michael Pariens.—Coram testes, Don Martino ts.—Don Rodrico ts.—Don Pedro ts.—Don Domingo ts.—Aras ts.—Petro Martinez ts.—Et capitulo de Portu sunt factores et auditores roboratores et testes.

Ioannes scripsit.

Carta-puebla de Sésnega.

30 Marzo 1206. Carta partida por A B C.—*Cartulario,* I, 258.

Sub Christi nomine et eius imperium. Ego don Pelegrin senior de Portu cum omni Capitulo Sancte Marie damus tibi don domingo de aras, tota Sesnega ad populandum, pro termino de illa aqua de rio corto, et pro termino de illa penna quod est in illa questa, et pro illas isceras de illa mara de escinedo, et cum illa terra de los foios de villar, quod tibi don Domingo abstulisti de

monte. Sic damus ego don Pelegrin et omni Capitulo Sancte Marie de Portu, ad tibi don Domingo ista hereditate intra istos terminos ad populandum cum montibus, et fontibus cum exitus, et regressitus, cum pascuis, et felgarius, cum argomalis, et omnes colles quod ibi sunt, et cum illa parte quod habes in illo solare de sancti mametis, vel ubicumque habes tuo sic leves ad isto, habeas, teneas, possideas, illud iure hereditario, tu, et filiis, et neptis tuis, et omnis generatio tua evo perhenni, et servias cum illo ad Sca. Maria. Forum illius solaris vel illa hereditate quod ego don Pelegrin senior de Portu, et omni Capitulo tibi don Domingo damus, istud est, et erit semper: quod si unus ibi fuerit populatus, vel duo vel tres: in unoquoque anno den duas eminas de pan, et duos solidos, vel causa que valeat illos et nichil amplius.

Facta carta sub Era M.CC.XLIIII. III kals. aprilis. Regnante Rex Alfonso in Toleto et in Castella, et regina domna Alionor, infante don Fernando. Comite don Fernando obtinente Trasmiera. Merino sub manu ejus Michael de Arnuero. Senior in Portu don Pelegrin. Maiordomo don Joannis. Cabiscol don Domingo. Sachrista Don Michael. Coram testes: Don Pedro ts. Don Rodrigo ts. Don Martino ts. Don Petro Martinez ts. Don Ioannis de Porto ts. Don Martin Michael ts. Et omnes clerici de Porto sunt factores, confirmatores, roboratores et testes.

Carta-puebla del Solar de la Pieza.

2 Febrero 1252.—*Cartulario*, I, 821.

In Christi nomine ✠ Amen. Connoszuda cosa sea á todos los omes que esta carta ueran et oyran. Cuemo hyo don ffortunno Abbat de Puerto: et Abbat de Bolibar, por mandamiento de Don Diego Lopez de ffaro Sennor de Vizcaya, et de las montannas: é Sennor de Santa Maria de Puerto, é con placer, é con otorgamiento de todo el Capitol del mismo logar, do á vos Don Pedro Roiz el solar de la pieza en mont é en fuent con entradas é con exidas, plantado é por plantar é con todas sus pertenencias, é con sos terminos, assi como tien del solar de la Carrera fata el solar de Iohan Periz de Obregon, et cuemo tien del ponton de la Caxiga assi cuemo destaia la carrera antigua que va pora monasterio,

entro al solar de la mier, é desdent cuemo destaia la carrera que sal de la mier é recude a la cossa con quantro dentro es que el sobredicho solar a é debe aver plantado assi cuemo plantar: E douoslu é atorgouoslu lo mas sanamientre é lo mas uirtosamiente que pueda seer para vos, é para vuestro fijo, é para vuestro nieto, é por aqui quier que de vos deuinier pora siempre iamais. E vos quel pobledes pora Santa Maria de Puerto, al ffuero que los otros solares de la villa son poblados. E si algun Ome vos lu quisies contradecir, ó esta Carta que hyo fago partida por A. B. C. conbusco, quisiese corromper que fues maldicho é descomulgado é con Judas traydor en infierno dampnado é pechas en coto al Sennor de la tierra CC Morbs. é á nos el damno duplado. De esto son testigos Don Pedro de Pidruecos Monge de Nagera. Doyuanez del ffaro. Don Miguel del ffaro. Don Rodrigo de Aras presbitero. Ioan Dominguez del ffaro. Domingo Periz de la Verde Bonamigo; é testigos todo el Capitol de Santa Maria de Puerto con toto Concejo.

Facta carta in mense Februarii in die Purificationis beate Marie. Era M.CC.XC. Regnante Rege fferrando cum uxore sua Regina dompna Juana et cum primogenito filio suo infante dompno alfonso in Castella in Toleto, in Legion y Gallecia, in Sebilia, in Cordoba, in Murcia, et in Jaen. Merinus domni Regis in Castella Ferrandus Gundisalvi de Rojas, Merinus dompni Didaci Lupi de Faro in Trasmiera, Rodericus Petri de Carasa.

Dompnus Ioannis de Ispania scriba et clericus de Laredo hanc cartam scripsit, et hoc signum fecit.

Carta-puebla de Oriemo.

Toro, 20 Abril 1316.—*Cartulario*, II, 125.

Sepan quantos esta carta vieren como yo Don Alffonso por la gracia de dios Rey de Castiella de toledo de leon de gallicia de Seuilla de Cordoua de Murcia de Jahen del Algarbe y Señor de Molina, Yo y la Reyna doña Maria mi auuela y el infante don iohan y el infante don pedro mios tios et mios tutores y guarda de mios rregnos. Viemos cartas de iohan alffonso de haro Señor de los Cameros y de la hermandat de la merindat de Logroño, y

del Prior y del Conuento de Sancta Maria de Nagera en como la Villa de Ribafrecha que es de Sancta Maria de Nagera fue quemada y los muebles que auian los que y morauan perdidos y las huertas cortadas et en las uiñas fechos mui grandes daños por razon que iohan fijo de don iohan Alfonso y iohan ferrandez de Baztan y otras gentes que eran con ellos facian algunas cosas que eran daño de la tierra. Et los dichos don iohan Alfonso y los Ommes bonos de la hermandat vinieron sobre ellos por conplir mio Seruicio y cercaronlos en la dicha villa de Riua-frecha do el dicho iohan ferrandez auia una casa fuerte porque se ouo de facer el mal y el daño y astragamiento que dicho es en tal manera por que non podien fincar y ninguno de los Vasallos del dicho monesterio y que uinien diciendo que non poblarian y mas ssi les non diesen otro logar do poblasen. Et los dichos Prior y Conuento catando primero sservicio de dios y mio, touieron por bien de les mandar poblar en Oriemo que es suelo del dicho monesterio de Sancta Maria de Nagera. Et sobre este enbiaron pedir mercet á mi y á los dichos mis tutores que touiessemos por bien de les ffacer mercet en los mios pechos porque el dicho logar de Oriemo se podiese poblar.

Et yo con conseio y con otorgamiento de los dichos mios tutores tengo por bien de les facer mercet en tanto que los do por quitos á ellos y á todos aquellos que alli vinieren poblar de hoy dia que esta carta es fecha en diez años de todo pecho y de todo pedido y de todo fonssado y de fonssadera y de toda fazendera y de yantar y de seruicio y de seruicios y de martiniegas y de martadgas y de ayudas y de enprestidos y de manpuesta y de todos los otros pechos y pedidos que agora son y seran daqui adelante en qualquier manera que sean ó acaescan que nombre ayan de pecho. Saluo de moneda forera quando acaesciere de siete en siete años. Et esta mercet les fago tanbien por los algos que oy dia hay como por los que abran daqui adelante fasta el tiempo sobredicho. Et daqui adelante mando y deffiendo firmemente que ninguno non sea osado de les yr nin contra parte della á estos pobladores del dicho logar de Oriemo y Vassallos de Sancta Maria de Nagera agora ni en ningun tienpo fasta que los diez años sobredichos sean conplidos por carta nin por cartas mias nin de mios tutores

nin de otro ninguno que contra esto sean nin porque sean dadas antes nin despues desta nin por razones que en ellas se contengan. Ca qualquier ó qualesquier que lo fiziessen ó les contra esta mercet passasen pecharme yan en pena mill marauedis de la bona moneda y á los de Oriemo á todos ó á qualquier dellos ó á quien su boz touiese todos los daños y los menoscabos que por esta razon recibiessen doblados. Et sobre esto mando á todos los conceios alcalles Jurados Jueces Justicias Alguaciles Merinos Comendadores Aporcellados Alcaides de los Castiellos y á todos los otros ommes de las Villas é de los Logares de mios regnos que esta mi carta vieren ó el traslado della signado de escriuano publico sacado con actoridat de alcalle, et qualquier que sea adelantado ó merino mayor por mi en Castiella et á los merinos que por ellos andudieren en la merindat de Logroño les guarden et que los amparen con esta mercet que les yo fago y que non consientan á ninguno que les passe contra ella en ninguna manera. Et si alguno les passare contra ello ó contra parte dello que le peindren por la pena sobredicha de los mill marauedis á cada uno et que los guarden para facer dello lo que yo mandare. Et que fagan emendar á los del dicho logar de Oriemo ó qualquier dellos ó á quien su uoz touiere todos los daños y los menoscabos que por ende recibiessen doblados. Et non fagan ende al so la pena sobredicha. Et de como lo cunplierdes mando á qualquier Escriuano publico de á qualquier logar que para esto fuere llamado que de ende á los del dicho logar de Oriemo ó á qualquier dello ó á quien su voz tobiere testimonio signado con su signo porque yo sepa en como conpliedes mio mandado. Et non fagan ende al so la pena sobredicha. Et desto les mando dar esta carta seellada con mio seello de plomo.

Dada en Toro veinte dias de Abril Era de mill y trescientos y cinquenta y cuatro años.

Yo Pedro Ferrandez la fiz escriuir por mandado del Rey y de los sus tutores.=Sancho bañales.—L. Pedro.=Pedro Rendol.= Garci Martinez.=P.°=ioahanes.

Madrid, 8 de Enero de 1897.

NARCISO HERGUETA.